



**H**artuuicus à teneris annis bonis literis operam dedit, & uiris doctissimis suo tempore connumeratus fuit. Itaque cum sedes Magdeburgensis suo præsuli destitueretur, ipse eius loci antistes creatus fuit. Eam Ecclesiam magna prudenter gubernauit, atq; suis uirtutibus reliquis exemplo fuit. Cum autem eo tempore Heinricus 4. Imperator multas cōtentiones cum pontificibus Romanis haberet, indeq; graues dissidiæ passim per Romanum Imperium orirentur, Hartuuicus se pro sua pietate mediatorem interposuit, atq; magna industria dissidentes partes inuicem reconciliare statuit. Cum autē nihil efficere posset, atq; Imperij principes in uarias partes scinderentur, ipsedolore huius facti in mortuum incidit, atq; magno omnium luctu obiit, anno Christi circiter millesimo centesimo secundo. Vrsperg, in Cronicis.